UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

FRIDERICUS BUELAU

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET PRACTICAE PHILOSOPHIAE AC POLITICES PROF. P. O.

SACRA PENTECOSTALIA

D. VIII. IUNII A. MDCCCLI.

PIE CELEBRANDA INDICIT

INTERPRETE

D. CHRISTIANO GOTTLOB. LEBER. GROSSMANNO

ORD. THEOL. H. T. DECANO.

INEST

De Collegio Pharisaeorum Commentatio.

LIPSIAE

LITERIS STARITZII, TYPOGR. ACAD.

1851

Pharisaeorum nationem non fuisse, ut plerique censent, scholasticum Graecorum more et umbratile genus philosophorum, singulare illud ac solivagum alioque nullo vinculo inter se quam placitorum et decretorum communitate nexum atque copulatum, sed coetum iure sociatum, commune, auctoritate publica praeditum atque collegii sive sodalitii necessitudine ita iugatum, ut totam corporis molem, veluti per artus infusa, una mens agitaret, id luculentis, opinor, atque gravissimis argumentis evincitur. Primum eorum hoc est, quod hierarchiae Iudaicae partem non ultimam Pharisaeos fuisse videmus. Quod enim patricii et plebeii apud Romanos, perpetuis illi inter se simultatibus et contentionibus iure, legibus, armis disceptantes atque decertantes, donec eversa reipublicae libertate ad unius dominationem ventum esset, idem apud Iudaeos sacerdotes atque plebeii, vel ut Christianorum more loquar, laici fuerunt. Iosephi testimonium hoc planum facit dicentis de vita sua cap. 1. *ὥςπερ δὴ παρ' ἑκάστοις ἄλλη τίς ἐστιν εὐγενείας ὑπόθεσις, οὕτως παρ' ἡμῖν ἡ τῆς ἱερωσύνης μετουσία τεκμήριόν ἐστι γένους λαμπρότητος.* Antt. XI, 8, 2. *τ. ἱερατικῆς τιμῆς μεγίστης οὔσης ἐν τῷ ἔθνει καὶ τῷ γένει παραμενούσης.* Philonis Opp. 2, 134, 17. *Τούτου τ. γέρως — τ. ἱερωσύνης — μεῖζον ἀγαθὸν ἐν τοῖς οὖσιν οὐκ ἔστιν.* Antt. 14, 4, 5. *ἡ βασιλεία ἡ πρότερον τοῖς κατὰ γένος ἀρχιερεῦσι διδομένη τιμὴ, δημοτικῶν ἀνδρῶν ἐγένετο,* id est Antt. 20, 8, 6. *τὸ δημοτικὸν πλῆθος* „plebeia turba" gentis Herodiadum, quâ eâdem de causa Herodes M. ibid. 15, 2. 16, 4. *ἰδιώτης*, privatus homo appellatur. B. I. 1, 23, 2. *ἰδιῶτις μήτηρ.* Plebeiorum autem principatum in theocratia, post sacerdotale genus eruditorum legis divinae interpretum natio obtinuit, utpote

qui doctrinâ et sapientiâ ceteris anteirent omnibus. Et hos quidem illos ipsos fuisse constat, qui Pharisaei postmodum vocitati sunt *διὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν νόμων* vit. 38. *περὶ τὰ πάτρια νόμιμα δοκοῦντες τῶν ἄλλων ἀκριβείᾳ διαφέρειν* vit. 39. Antt. 20, 12, 1. *μόνοις δὲ σοφίαν μαρτυροῦσι τοῖς τὰ νόμιμα σαφῶς ἐπισταμένοις καὶ τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων δύναμιν ἑρμηνεῦσαι δυναμένοις.* Itaque turbida illa tempestate, quum reduces ex Babyloniâ Iudaei infestorum undique hostium insidiis atque incursionibus pressi vix possent solum patrium retinere unumque ac solum nominis Iudaici columen atque praesidium civium omnis ordinis conspiratione atque concordia ad defendendam libertatem contineretur, sapienti Esrae consilio institutum est, ut et sacerdotum optimates et sapientum ex plebeiis primores consociatis opibus in unum validum ac robustum corpus coalescerent. Hanc autem Pharisaeorum cum sacerdotio initam iuris societatem nunquam posthac interruptam fuisse aetatemque tulisse, ut vergentis adeo ad interitum civitatis Iudaicae temporibus adhuc vigeret, id ipsum docet atque explanat locus Iosephi classicus, vit. 39. ubi quatuor illi e Pharisaeorum numero legati Anani, Pontificis M. pecunia a Ioanne Gischalensi data corrupti auctoritate, Albino procuratore circa annum 62. vel 63 p. Chr. n. in Galilaeam missi ad Iosephum imperio provinciae, quod ille publice sibi commissum susceperat (B. I. 2, 20, 4. vit. 12.) exuendum, his verbis describuntur: *Ἦσαν δὲ αὐτῶν οἱ μὲν δημοτικοὶ δύο, Ἰωνάθης καὶ Ἀνανίας, φαρισαῖοι τὴν αἵρεσιν, ὁ δὲ τρίτος Ἰωάζαρος, ἱερατικοῦ γένους φαρισαῖος καὶ αὐτός· Σίμων δ' ἐξ ἀρχιερέων νεώτατος ἐκείνων.* Ante omnia videndum de consortibus eius legationis singulis, ut quinam illi fuerint, liquido appareat. Hic principem legationis statim agnoscimus Ionatham, utpote qui et primo loco ponitur, et titulum legationis solus sustinet (*οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην* vit. 40. 46. 48. 53. 54. 60. 62. *Ἰωνάθης μετὰ τῶν συμπρεσβέων* ib. 44. 49.) et literis publice dandis nomen suum praefigit (*Ἰωνάθης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πεμφθέντες ὑπὸ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν Ἰωσήπῳ χαίρειν* ib. 44. 45.) ac vicissim publice datis ad legatos nominatim salute impertitur (*Ἰώσηπος Ἰωνάθῃ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ χαίρειν* ib. 44.) et publico sumtu sustentatur praesidiumque militare nongentorum tum mercenariorum tum civium secum ducit (ib. 40. *τέσσαρας μυριάδας ἀργυρίου διδόασιν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων.* B. I. 2, 21, 7. *τ. ἀρχόντων τινὲς λάθρα τῷ*

Ἰωάννῃ χρήματα πρὸς συλλογὴν μισθοφόρων ἔπεμψαν ὅπως πολεμῇ πρὸς Ἰώσηπον. Causa autem, cur hic potissimum legatorum agmini ductor praeficeretur in promptu est. Nimirum fuit iste Sisennae filius non solum factiosus homo Ioannisque Gischalensis mancipatus satelles atque insidiarum Iosephi vitae ac laudi structarum callidus artifex (vit. 38.), sed etiam si sumere liceat, id quod per Iosephi iudicium de ingenio eius vitaeque exitu non improbabile iudicandum, eundem illum fuisse ex clade Hierosolymitana elapsum tumultus auctorem Cyrenensis, quem Vespasianus Caesar, quum Iosephum inter alios multos Iudaeos Alexandrinos et Romanos coniurationis clandestinae reum fecisset, vivum comburi iussit, seditiosus homo fuit ac turbulentus idemque si ex opificio textoris, quod exercuisse narratur, coniecturam facere licet, (cf. Actt. 18, 3. *σκηνοποιός.*) Rabbini dignitate illustris, ut ad concitandam scilicet adversus Iosephum plebem qui paratior esset atque promtior reperiri non potuisse videatur (B. I. 7, 11, 1, 3. vit. 76.) Secundo loco qui sequitur Ananias est, sceleratus homo et malorum artifex, qui in loco parallelo *Σαδδουκὶ* B. I. 2, 17, 10. 21, 7., cognominatus, ad circumveniendum Iosephum et inermem opprimendum, religionis praetextu ieiunium publice agendum Tarichaeatis indixit, universa populi multitudine cum Iosepho, tum temporis ibi commorante in synagogam sine armis convenire iussa, quo certius Ioannes Gischalensis praedâ pactâ et promissâ potiretur (vit. 56.) Tertius hunc excipit Ioazarus, *ὁ τοῦ Νομικοῦ* (B. I. 2, 21, 7.) id est vel Nomici cuiusdam filius vel ut Rufinus ed. Paris. 1511. Fol. CLXIX. „iurisperiti,“ patris legum peritia conspicui, fortasse nepos, ut fere nepotes avorum nominibus vocitari consueverant, Ioazari, Boethi Alexandrini filii, quem Pontificem M. ab Herode M. constitutum, Antt. 17, 6, 4. ab Archelao autem sub initium regni, Pharisaeis instigantibus, loco motum ib. 13, 1. cll. 9, 1. scimus posthac, Archelao in exilium misso, Coponii auspiciis censui agendo, suffragatum atque patrocinatum esse. Iste igitur Ioazarus sacerdos una cum Iuda filio comes Iosepho in provinciam cum imperio proficiscenti additus (vit. 7. B. I. 2, 21, 7. cf. 20, 4.) mox quidem, paulisper ibi commoratus, ut erat quaestuosus homo, grandi pecunia ex decumis exactis collecta, Hierosolyma reversus erat, vit. 12. cll. 15. sed hoc saltem ex brevi ista peregrinatione lucratus ut et provinciae factionumque, in

quas illa divisa erat, notitiam haberet, et multos provincialium ac principes factiosorum consuetudine et usu devinctos teneret, quorum auxilio adiutus posset laudi praetoris cum successu obtrectare. Quartus denique et ultimus omnium Simon, Gamalielis filius idemque frater Iesu eius, quem anno ante bellum proximo 65 p. C. n. Herodes Agrippa minor Pontificatu per breve temporis spatium mactaverat Antt. 20, 9, 4. 7. et nobilitate generis clarus et domestico splendore illustris et legis peritia insignis et consilio pollens, et rerum usu solers, et amicitiae non solum sed etiam sodalitatis studiorum nomine inde a puerili institutione Ioanni Gischalensi perfamiliaris ac devinctus, Iosepho autem ita infensus infestusque erat, vit. 38., ut posthac demum quum cursu rerum observato eventorumque signis haud ambiguis vim et naturam zelotarum pestiferam declarantium perspectâ consequentiâ contra factionem eorum eiusque Ioannem antistitem omni ope insurgeret ac decertaret B. I. 4, 3, 9. Hanc talem tantamque quatuor istorum e Pharisaeis legatorum auctoritatem reputantes si meminerimus, eos simul singulos tum ortus Hierosolymitani praerogativam prae se tulisse vit. 39. tum facundiae laude polluisse B. I. 2, 21, 7., intelligitur, non solum quo iure Ananus, Anani filius, Pontifex M. Albino procuratori maxime probatus, vit. 39. B. I. 4, 3, 9. 4, 3. Antt. 20, 9, 1. eos prae ceteris summis honoribus ornaverit, sed etiam apparet, cur iidem illi in loco parallelo, ubi eorum mentio facta est B. I. 2, 21, 7., virorum illustrium appellatione (*τέσσαρες τῶν ἐπιφανῶν ἄνδρες*) praedicari potuerint. Namque haec ipsa appellatio novam nobis eamque notabilem sedem argumentorum monstrat, qua qui caute utatur, possit noscendis, quas Iosephus de industria saepe vel obscuravit vel occultavit, Pharisaeorum personis singulis, rebus eorum tenebris abstrusarum lucem afferre. Sed hac parte in praesens omissa redeamus, unde paulisper digressi sumus ad locum Iosephi vit. 39. expendendum.

Primum enim testimonio scriptoris hoc efficitur, duplex fuisse genus Pharisaeorum plebeium alterum, alterum sacerdotale, pares quidem utrosque ad eruditionis ac doctrinae laudem scholasticae (*παιδείαν*) legisque Mosaicae perscrutandae argutam subtilitatem, dispares autem ac dissimiles ad generis atque natalium praerogativam unis ac solis sacerdotibus peculiarem. Exempla in utramque partem afferenda rem illustrabunt. Plebeiorum ex numero Phari-

saeorum descriptio multis variatur formulis v. c. B. I. 2, 19, 5. *πολλοὶ τῶν γνωρίμων δημοτῶν — ἐκάλουν τὸν Κέστιον ὡς ἀνοίξοντες αὐτῷ τὰς πύλας.* ib. 3, 9, 8 in. *οἱ γηραιοὶ τοῦ δήμου καὶ προὔχειν δοκοῦντες — φεύγουσι μὲν εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον.* ib. 4, 5, 4. *συγκαλοῦσιν οἱ ζηλωταὶ — ἐξ ἐπιτάγματος ἑβδομήκοντα τῶν ἐν τέλει δημοτῶν εἰς τὸ σχῆμα δικαστῶν ἔρημον ἐξουσίας.* ib. 6, 5, 3. *τῶν ἐπισήμων τινὲς δημοτῶν ἀγανακτήσαντες — τὸν ἄνθρωπον — πολλαῖς αἰκίζονται πληγαῖς.* ib. 6, 6, 4: *παρ' οἷς — τοῖς Ἰζάτου βασιλέως υἱοῖς καὶ ἀδελφοῖς — πολλοὶ τῶν ἐπισήμων δημοτῶν ἐκεῖ συνελθόντες ἱκέτευσαν Καίσαρα δοῦναι δεξιὰν αὐτοῖς.* Antt. 20, 8, 7. *Οἱ δὲ Ἰουδαίων ἐπιεικέστεροι καὶ προὔχοντες κατὰ τὴν ἀξίωσιν — παρεκάλουν τὸν φήλικα — φείδεσθαι τὸ λοιπὸν αὐτῶν.* Hi moderatiores et dignitate praestantes, qui pro civibus deprecantur, Caesareenses Pharisaei sunt. ib. 9, 1. *Ὅσοι δ' ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν κατὰ τὴν πόλιν εἶναι καὶ τὰ περὶ τ. νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ* sc. de caede Iacobi. Quod Anani quippe Sadducaei, in puniendo acerbitatem aegre ferunt, id simpliciter Pharisaeos prodit, quos leniores in poenis infligendis fuisse constat, vid. Antt. 13, 10, 6. *φύσει πρὸς τ. κολάσεις ἐπιεικῶς ἔχουσιν οἱ φαρισαῖοι.* Sed quod Ananum etiam apud Agrippam regem et Albinum procuratorem hoc nomine insimulant, eo vero Pharisaei de plebe declarantur. Sacerdotum de numero Pharisaei alias aliter significantur v. c. B. I. 2, 17, 4. *παρῆγον τοὺς ἐμπείρους τῶν πατρίων ἱερεῖς* de sacrificiorum iure responsuros scilicet. c. Ap. 1, 10. *γεγονὼς ἱερεὺς ἐκ γένους καὶ μετεσχηκὼς τῆς φιλοσοφίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασι.* cll. Antt. 20, 12, 1. *ἐγὼ ὡμολογούμην παρὰ τ. ὁμοεθνῶν πλεῖστον αὐτῶν κατὰ τὴν ἐπιχώριον παιδείαν διαφέρειν.* vit. 2. in. *Ὁ πατὴρ δέ μου Ματθίας οὐ διὰ μόνην τὴν εὐγένειαν ἐπίσημος ἦν ἀλλὰ πλέον διὰ τὴν δικαιοσύνην ἐπηνεῖτο, γνωριμώτατος ὢν ἐν — — τοῖς Ἱεροσολύμοις.* Hac nota enim noscuntur *φαρισαῖοι, σύνταγμά τι Ἰουδαίων, δοκοῦν εὐσεβέστερον εἶναι τῶν ἄλλων.* cll. Luc. 18, 9. *πεποιθότες ἐφ' ἑαυτοῖς ὅτι εἰσὶ δίκαιοι καὶ ἐξουθενοῦντες τοὺς ἄλλους.* B. I. 6, 5, 1. *Δύο τ. ἐπισήμων ἱερεῖς, παρὸν σωθῆναι πρὸς Ῥωμαίους μεταστᾶσι — — ἑαυτοὺς ἔρριψαν εἰς τὸ πῦρ καὶ τ. ναῷ συγκατεφλέχθησαν.* Martyrii enim laudem Pharisaei morte

voluntariâ tum pro lege tum in templo subeunda non decora tantum et praeoptabilis sed in fastigio felicitatis ponenda esse videbatur. B. I. 1, 33, 2. *καλὸν εἶναι — ὑπὲρ τοῦ πατρίου νόμου θνήσκειν· τοῖς γὰρ οὕτω τελευτῶσιν ἀθάνατόν τε ψυχὴν καὶ τὴν ἐν ἀγαθοῖς αἴσθησιν αἰώνιον παραμένειν.* ib. 2, 10, 4. Antt. 17, 6, 2. c. Ap. 2, 30. — Antt. 8, 1, 4. *Ἰώαβος δὲ οὐκ ἔφη καταλείψειν τὸ ἱερὸν ἀλλ' αὐτοῦ τεθνήξεσθαι μᾶλλον ἢ ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ.* cf. B. Iud. 4, 3, 10 in. Unicum adhuc liceat superioribus exemplum addere, quod genus totum in se complectitur: vid. 3 in. *Καθ' ὃν χρόνον φῆλιξ τῆς Ἰουδαίας ἐπετρόπευεν* (53—61 p. C. n.) *ἱερεῖς τινας συνήθεις ἐμοὶ καλοὺς κἀγαθοὺς — δήσας εἰς Ῥώμην ἔπεμψεν, λόγον ὑφέξοντας τῷ Καισάρι.* Sacerdotes Pharisaeos h. l. designari vel ex eo potest intelligi, quod Iosepho adolescenti et ipsi Pharisaeo consortes studiorum fuisse perhibentur, haec est enim vis vocabuli *συνήθης*, Nicolao Damasceno, philosopho Peripatetico, Herodis M. historiographo regni teste in Mülleri Fragm. Hist. Vet. Vol. III. p. 430, a. no. VII. ita scribente: *Ἦν εἰς τὰ μάλιστα Καίσαρι τῷ νέῳ συνήθης καὶ φίλος Ἀγρύππας, ἐν ταὐτῷ τε παιδευθεὶς καί τινα ἔχων ὑπερβολὴν ἑταιρείας.* Sed quid sibi vult epitheton: *καλοὺς κἀγαθούς*? Nimirum hoc asceticam Pharisaeorum pietatem arguit, ut qui Stoicorum decreto: *μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι* obtemperantes, victu tenui ac vili vitam tolerarent, sicut l. l. paulo post disertis verbis traditum legimus: *οὐκ ἐξελάθοντο τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας, διετρέφοντο δὲ σύκοις καὶ καρύοις*, Danielis exemplo prophetae, cui quondam *ὄσπρια καὶ φοίνικες εἰς διατροφὴν* suffecerant Antt. 10, 10, 2. Dan. 1, 12 ubi LXX: *ὀσπρίων*. Vulg. legumina. Io. Lydus de mensibus. IV. p. 54, 5. *οἱ δι' ὀνείρων θείας τυχεῖν ἐπιφανείας ὀρεγόμενοι* — scil. *συκῇ σκεδαστὴ φαρμάκων ἐστί — ἰσχάδων καὶ μόνων μεταλαμβάνουσι.* Eustath. Od. 10, 341. p. 1963, 52 ed. Rom. *ἰσχάσι = τ. ξυροῖς τ. συκῶν.* Clem. Al. Strom. 2. p. 413, b. Sylburg. Zenonem ait iussisse non nisi panem, *ἰσχάδας* et aquam sumere. Alexis apud Athenaeum 2, 55. p. 101. Tauchnit. *ἰσχάδας* delicias ait fuisse et quoddam quasi bellarium pauperum. Diog. L. VI, 2, 25. Diogenes *ἐλάας*, Aristippus *ἰσχάδας* comedere solebat. Aristoph. Plut. 811. ridens *τὸ ὑπερῷον ἰσχάδων γέμει.* ib. 798. *οὐ γ. πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ ἰσχάδια καὶ τρωγάλια τοῖς θεωμένοις προβαλόντ' ἐπὶ*

τούτοις εἶτ' ἀναγκάζειν γελᾶν. Quae si recte disputata sunt, non potest esse dubium, eâdem notâ alias quoque sacerdotes Pharisaeos nosci, ut vit. 7. *πέμπουσιν ἐμὲ καὶ δύο ἄλλους τῶν ἱερέων, καλοὺς κἀγαθοὺς ἄνδρας. Ἰωάζαρον καὶ Ἰούδαν.* Antt. 13, 9, 2. tres legati Iudaeorum ad Senatum Romanum appellantur *ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοὶ, πεμφθέντες ὑπὸ δήμου τ. Ἰουδαίων.* — Indiscretim et promiscue utrumque genus Pharisaeorum et plebeium et sacerdotale occultum et abditum latet in huiuscemodi significationibus, quales v. c. leguntur B. I. 2, 21, 7. *τέσσαρας τῶν ἐπιφανῶν ἄνδρας* cll. vit. 39. ib. 2, 20, 1. *πολλοὶ τῶν ἐπιφανῶν Ἰουδαίων — ἀπενήχοντο τῆς πόλεως* cll. ib. 19, 5. *πολλοὶ τ. γνωρίμων.* ib. 4, 4, 3. *ἄνδρας ἀκαταιτιάτους τῶν ἐπιφανῶν — διέφθειραν* cf. 4, 3. — ib. 3, 8, 1. *τεσσαράκοντα τῶν ἐπισήμων ἄνδρας καταλαμβάνει λανθάνοντας* Iosephus in antro Iotapateno. ib. 5, 13, 7. *διαδράντες πολλοὶ τῶν ἐπισήμων* quamvis non negaverim, etiam regiae stirpis proceres Saulum, Antipam, Costobarum *ἐπισημῶν* nomine comprehendi B. I. 2, 17, 4. 20, 1. 4, 3, 4. 6, 6, 2. 4. — Ibidem tamen 4, 3, 6. qui narrantur a Zelotis Pontifices nuncupari *ἄσημοι καὶ ἀγεννεῖς,* utriusque classis Pharisaei intelliguntur. ib. 4, 3, 13. Ioannem Gischalensem fuisse dicit *τῶν οὐκ ἀσήμων ὑπεζωσμένον τε πολλοὺς τῶν συνεδρευόντων τοῖς ὅλοις* quales Simon, amicus eius et consors studiorum (*συνήθης*) vit. 38. i. e. Pharisaeum. — Antt. 20, 6, 1. *οἱ πρῶτοι κατὰ τιμὴν καὶ γένος τῶν Ἱεροσολυμιτῶν.* B. I. 2, 18, 6. *οἱ κατὰ γένος καὶ σύνεσιν τ. πολιτῶν δοκιμώτατοι* Batanaeorum. — Antt. 13, 14, 2. *Κατακλείσας τοὺς δυνατωτάτους αὐτῶν ἐν Βεθόμῃ πόλει — — — — γενόμενος ἐγκρατὴς — ἀνασταυρῶσαι προςέταξεν αὐτῶν ὡς ὀκτακοσίους.* Octingentos autem istos, si non omnes, saltem ex magnâ parte Pharisaeos fuisse, tum ipsa regis confessio contumeliae a se Pharisaeis illatae docet ib. 15, 5. tum ulciscendi eam post obitum regis in affectis factionis regiae Pharisaeorum impensa studia ib. 16, 2. — B. I. 4, 3, 13. *οἱ δυνατοὶ,* quos Ananus Pontifex quotidiane deliberationis atque consultationis in partem vocat, Gorion et Symeon intelliguntur, quos Pharisaeos fuisse certis Iosephi testimoniis constat vid. vit. 38. de Simone et B. I. 4, 6, 1. de Gorione *ἀξιώματι καὶ γένει προὔχοντι.* — Antt. 14, 13, 2. *χίλιοι τῶν δοκιμωτάτων* Pharisaeorum placitis de

potiore iure primogenitorum et de legitima successione Pontificum patrocinantur. B. I. 4, 5, 3. *τοῦτ' εὐγενεῖς καὶ νέους συλλαμβάνοντες εἰς εἱρκτὴν κατέκλεισαν δεδεμένους* nobiles et adolescentes, qui a vulgo (*εἰκαῖον*) distinguuntur, sacerdotes Pharisaei sunt Rabbinorumque discipuli. Ita *νέοι* B. I. 1, 33, 2. Antt. 17, 6, 2. *παιδεία τ. νεωτέρου*. Phil. 178, 48. Levit. 26, 10. *νέα ψυχή*. — B. I. 7, 10, 1. *τῶν οὐκ ἀφανῶν τινες Ἰουδαίων* Alexandriae zelotarum Hierosolymorum ruinâ dilapsorum furori non minus restitisse narrantur quam *οἱ πρωτεύοντες τῆς γερουσίας*, id est synedrii assessores, quippe qui iuris scientia et librorum sacrorum peritia et traditionum notitiâ Pharisaica destituti non possent locum suum tueri. Itaque synedrorum quoties mentionem fieri videmus, Pharisaeos comprehendi consentaneum est v. c. *τῶν Ἱεροσολυμιτῶν οἱ πρῶτοι* vit. 7. *οἱ ἄρχοντες τῶν Ἱεροσολύμων* B. I. 2, 12, 5, 16, 1. — *καλέσαι Ὀυάρον — τῶν Ἰουδαίων δώδεκα τοὺς δοκιμωτάτους* vit. 11. — *οἱ τοῖς ἀξιώμασι προὔχοντες τῶν ἐπὶ Κυρήνης Ἰουδαίων* B. I. 7, 11, 1. — *Ἰωνάθην — κατηγορίαν ἐπιφέρειν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Ῥώμῃ τῶν Ἰουδαίων δοκιμωτάτοις* ib. 7, 11, 3. Quos Iosephus memorat — *τὴν Τιβεριέων βουλὴν καὶ τοὺς πρώτους τοῦ δήμου* vit. 12. *τοὺς τῆς βουλῆς πρώτους δέκα* Tarichaeatarum ib. 13., ii in hunc censum non veniunt propterea, quod civitates mere Graecae vel a Graecis atque Iudaeis promiscue habitatae senatum haberent Graeco more compositum vel quingentis senatoribus, qualis Gazaeorum Antt. 13, 13, 3. vel sexcentis, qualis Tiberiensium B. I. 2, 21, 9. vel alio modo, qualis Caesareensium in Palaestina, cuius duo principes natione Syri fuerant. Antt. 20, 8, 9. — Restat, ut huius classis reliquos duo adhuc locos paulo obscuriores excutiamus. Unus eorum B. I. 4, 6, 1. legitur his verbis: *Μάλιστα δ' ἐπ' ἀνδρείαν καὶ εὐγένειαν ἐφόνων, τὴν μὲν φθόνῳ λυμαινόμενοι, τὴν δὲ δέει.* Hic primo illud observandum, per *εὐγένειαν* sacerdotes designari, sicuti per *ἀνδρείαν* de plebe Pharisaeos, per metonymiam abstracti pro concreto; deinde ab *ἀνδρείᾳ* Pharisaeos designari non tantum propter Gorionis liberale ingenium ac dicendi libertatem et Nigri Peraitae virtutem bellicam h. l. in exemplo ponitur et quae tamquam species *ἀνδρείας* generi subest, sed propter animi virtutem generosam et masculam, asce-

ticis potissimum studiis atque artibus conspicuam, quibus deditos fuisse Pharisaeos constat. Antt. 4, 6, 10. *τὴν ἀνδρίαν οὐκ ἐν τῷ βιάζεσθαι τοὺς νόμους ἀλλ' ἐν τῷ μὴ εἴκειν ταῖς ἐπιθυμίαις εἶναι.* Philo 2, 376. *οὗτοι τὴν ἀληθῆ διαπονοῦσιν ἀνδρείαν ἀσκηταὶ σοφίας ὄντες.* cf. 2, 378, 20. 2, 379, 11. — 611, 8. *ὁ ἀσκητικὸς καὶ ἀνδρεῖος,* qua eadem de causa contigua templo et synagogis conclavia Pharisaeorum de scriptura sacra quaestionibus et disputationibus destinata *ἀνδρῶνες* appellata Antt. 16, 6, 2. cf. Nachtigall in Eichhorn. Bibl. Vol. IV. p. 386. 396. et coetus ipse Pharisaeorum *ἀνδρωνῖτις* Phil. 365, 41. Itaque hic noster locus consimilis est dictis B. I. 4, 3, 10. *τὴν τ. μητροπόλεως εὐγένειαν καὶ πεφονευμένους ἄνδρας* sq. — Alter locus priore intricatior, quem probata alias Schraderi sagacitas in chronologia Pauli apostoli p. 12. expedire se non potuisse fatetur, est de Anano, Anani filio eius, fortunatissimi Pontificis, cuius quinque filii, in quibus Ananus per tres menses, successu temporis Pontificio munere functi sunt Antt. 20, 9, 1. et Iesu, Gamalae filio, quem iam ante belli initium quo tempore Iosepho Galilaea provincia obtigerat circa annum p. C. n. 64. synedrii assessoribus adnumerari videmus. vit. 41 in. Ambo isti vocitantur non solum *ἀρχιερεῖς* vit. 38. B. I. 4, 5, 2. sed etiam *οἱ δοκιμώτατοι τῶν ἀρχιερέων* quid quod *οἱ τοῦ δήμου προεστῶτες* ib. 4, 3, 13. 4, 3. nominatim autem ib. 4, 3, 9. Ananus *ὁ γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων* ib. 4, 3, 7. et Iesus ab Anano secundus, *ὁ μετὰ Ἄνανον γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων* ib. 4, 4, 3.; ambo item populum contra zelotarum nefariam ac tyrannicam dominationem verbis gravissimis concitat atque inflammat, et Ananus quidem stola ornatus Pontificia (ib. 4, 3. 10.) *περικείμενος τὴν ἀρχιερατικὴν ἐσθῆτα,* Iesus autem de turri moenibus Hierosolymorum imposita in obversam Idumaeorum coronam detonat (ib. 4, 3.) unde colligere posse Schraderus sibi visus est, si non Ananum, saltem Iesum Gamalae tum temporis in Pontificiae dignitatis fastigio collocatum fuisse. Verum enimvero speciosior ista coniectura quam verior est. Neuter eorum enim vel a procuratore Romano vel ab Herode Agrippa II. Chalcidensi, cui Claudius Caesar templi et sacrorum curam demandaverat (Antt. 20, 9, 7.) vel ab ipsis Iudaeis Pontifex M. electus vel a Iosepho scriptore hoc nomine nuncupatus fuit. Imo vero sua sponte suoque Marte patriae caritate ducti et pietatis stimulis instigati Ananus atque

Iesus Gamalae anno belli secundo p. C. n. 67, rempublicam capessiverunt summosque magistratus inter se ita partiti sunt, ut Ananus Pontificis M. ac synedrii Hierosolymitani praesidis personam sustineret, Iesus Gamalae autem secundum ab illo locum occupans vicarium praesidis ageret. Id autem recte factum, postquam Ioannes, zelotarum dux et antistes, Gischalis profugus, ut summos magistratus sibi prorsus mancipatos haberet et socios adiutoresque scelerum, B. I. 4, 3, 6. tum synedrii per vim et metum coacti vanam speciem simulaverat, B. I, 4, 5, 4. tum Fanniam, indoctum et rudem de rure sacrificulum sortitione facta per ludibrium Pontificem M. vitiose creaverat, B. I. 4, 3, 8. cf. Antt. 20, 9, 1. multis illi causis potuerunt defendere. Quippe pollebant illi et aetatis praerogativa (νεραίτατοι) B. I. 4, 3, 7. 4, 3. cll. Antt. 14, 3, 2. et rerum usu partâ apud cives auctoritate et natalium splendore, ut ἀρχιερεῖς antistitum ex numero viginti quatuor ordinum sacerdotalium (vit. 1. 2 Regg. 25, 18. cll. 11, 6. 7. 1 Paral. 24, 3. 2 Paral. 8, 4.); nominatim Ananus Anani et domus Pontificiae claritate illustris et qua Sadducaeorum sectae addictus, feroci ingenio et insigniter audaci praeditus et Pontificis munere Albino procuratore functus erat Antt. 20, 9, 1. non minus, quam Iesus Gamalae iamdudum magistratum in synedrio Hierosolymitano gesserat vit. 41; stola Pontificia autem indui et frontali aureo ornari Ananus facile potuit (B. I. 4, 3, 9. cll. 5, 2.) propterea quod decora illa Pontificia non iam sicut olim moris fuerat, Romanorum curae et tutelae commissa, sed Iudaeorum in potestatem tradita erant vid. Antt. 15, 11, 4. cll. 18, 4, 3. 20, 1, 1. 2. Itaque dum vulgus sacerdotum frustra prae dolore in summo rerum discrimine lacrymis conficiuntur B. I. 4, 3, 8. extr. Ananus et Iesus Gamalae, naturali improbitatis odio concitati, Pinchaeque (Num. 25, 7.) et Levitarum (Exod. 32, 26.) exemplum aemulati, ut laboranti legis auctoritati succurrerent, quamvis humano iure vel Pontificum vel synedrorum loco et numero haberi non possent, saltem divino iure utramque potestatem et Pontificis et prophetae (Antt. 4, 8, 14.) ad tempus et extra ordinem usurparunt. Sed haec hactenus de duplici Pharisaeorum genere eiusque notis et indiciis l. l. Iosephi proditis.

Alterum, quod eodem illo Iosephi testimonio efficitur, in eo cernitur, ut inde appareat, quid causae fuerit, cur in sacerdotibus quoque popularitas seu

popularis amor regiminis studiumque gratiae populi captandae laudaretur. Ita Ananiae, Nebedaei filio, quem Herodes Agrippa Chalcidensis Iosepho Camidae anno p. C. n. 48. suffecerat, Ummidius Quadratus autem, Proconsul Syriae, Romam missum iudicio Caesaris tradiderat (Antt. 20, 5, 2. B. I. 2, 12, 6. 17, 2. 9.) summae laudi ducitur, quod Albino procuratore ἑκάστην ἡμέραν προέκοπτε δόξης καὶ τῆς παρὰ τῶν πολιτῶν εὐνοίας τε καὶ τιμῆς ἠξιοῦτο λαμπρῶς. Ita Gorion, Iosephi filius, praedicatur ἀξιώματι μὲν καὶ γένει προέχων, δημοκρατικὸς δὲ καὶ φρονήματος ἐλευθερίου μεστός, εἴ καί τις ἕτερος Ἰουδαίων. B. I. 4, 6, 1. cll. 3, 9, Ita Ananus, Anani filius, quem olim Pontificio munere functum supra docuimus, quum a zelotis palam occisi corpus insepultum in foro proiectum iaceret, quamvis Sadducaeus esset, his verbis describitur: ἦν — παρὰ τὸν ὄγκον τ. εὐγενείας καὶ τῆς ἀξίας καὶ ἧς εἶχε τιμῆς, ἠγαπηκὼς τὸ ἰσότιμον καὶ πρὸς τοὺς ταπεινοτάτους, φιλελεύθερος δὲ ἐκτόπως καὶ δημοκρατίας ἐραστής, πρό τε τῶν ἰδίων λυσιτελῶν τὸ κοινῇ συμφέρον ἀεὶ τιθέμενος. B. I. 4, 5, 2. Ita Matthias, Boëthi filius idem ille, qui anno belli Iudaici tertio, precibus plebis victus, Simonem Bar Giora tyrannum saevissimum in Urbem intromisit, his ornatur epithetis: ἐν τοῖς μάλιστα τῷ δήμῳ πιστὸς καὶ τίμιος. B. I. 5, 13, 1. cll. 4, 9, 11. Quid quod sacerdotum et optimatum illud aurae popularis aucupium tum temporis adeo degeneraverat et in adulationes, blanditias, assentationes et indignas amoris erga populum simulationes verterat, ut Philo, postquam ethnarchae Iudaeorum per Aegyptum provinciam invitus adiverat, quamvis legitimae ac popularis in rebus causisque civium aequabilitatis laudator exsisteret eâque colenda comparandam subditorum benevolentiam ad levandam principatus molestiam et utilem et necessariam duceret (2, 363, 43. 2, 364, 32. 2, 187, 16.), tamen non solum miseram ac lamentabilem principum sortem indicaret, (654, 30.) sed etiam ingenue fateretur, nunquam se, utpote simulationis osorem acerrimum, gratiam plebis aucupaturum et morte potius animi libertatem redemturum esse, quam populi mancipium futurum (2, 51, 31 sqq.). Sacerdotalis autem huius late serpentis ambitionis studium radices egisse tum in ratione atque inclinatione temporum tum vero in Pharisaeorum et placitis et moribus, id non coniecturâ sumendum sed fidenter asserendum puto. Locus in hanc partem clas-

sicus extat apud Philonem in libro de migratione Abrahami 449, 42. Gen. 12, 2. Ibi postquam tria dona Abrahamo divinitus promissa ad loca Gen. 12, 1—6 inde 442, 38. recensuit, quartam subiiciens bonae existimationis dotem ita pergit: *Τίς οὖν ἡ τετάρτη δωρεά; τὸ μεγαλώνυμον. φησὶ γάρ· Μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου. Τὸ δέ ἐστιν, ὥς γέ μοι φαίνεται τοιόνδε· ὥςπερ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ καλὸν, οὕτω καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι λυσιτελέα. Καὶ ἀμείνων μὲν δόξης ἀλήθεια, εὔδαιμον δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν. Μυρίοι γὰρ ἀνόθως καὶ ἀκολακεύτως προςελθόντες ἀρετῇ καὶ τὸ γνήσιον αὐτῆς ἐναγασάμενοι κάλλος τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς φήμης οὐ φροντίσαντες ἐπεβουλεύθησαν, κακοὶ νομιθέντες οἱ πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθοί. Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦ δοκεῖν ὄφελος μὴ πρότερον τοῦ εἶναι προςόντος, ὥςπερ ἐπὶ σωμάτων πέφυκεν ἔχειν. Εἰ γὰρ πάντες ἄνθρωποι τὸν νοσοῦντα ὑγιαίνειν ἢ τὸν ὑγιαίνοντα νοσεῖν ὑπολάβοιεν, ἡ δόξα καθ' αὑτὴν οὔτε νόσον οὔτε ὑγίειαν ἐργάσεται· ᾧ δὲ ἀμφότερα δεδώρηται ὁ θεὸς καὶ τὸ εἶναι καλὸν κἀγαθὸν καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι, οὗτος πρὸς ἀλήθειαν εὐδαίμων καὶ τῷ ὄντι μεγαλώνυμος. Προνοητέον δὲ ὡς μεγάλου πράγματος καὶ πολλὰ τὸν μετὰ σώματος βίον ὠφελοῦντος, εὐφημίας. Περιγίνεται δὲ αὕτη σχεδὸν ἅπασιν ὅσοι χαίροντες σὺν ἀσμενισμῷ πάτριον πολιτείαν οὐκ ἀμελῶς φυλάττουσιν.* 451, 5. *φυλαττομένων γ. τούτων (τ. ῥητῶν νόμων) ἀριδηλότερον κἀκεῖνα γνωρισθήσεται ὧν εἰσὶν οὗτοι σύμβολα, πρὸς τῷ καὶ τὰς ἀπὸ τῶν πολλῶν μέμψεις καὶ κατηγορίας ἀποδιδράσκειν.* cf. ib. 15. 20. Antt. 4, 8, 4. Perinde etiam Armen. 2, 414. Gen. 27, 26. „Vestimentum symbolice visibilis est probitas, quâ apud multos habetur quispiam in bonâ probatâque aestimatione.“ ibid. 473. Exod. 22, 28. „Nihil est adeo inducens ad curam habendam sicut bonae famae laus.“ Non immerito igitur Pharisaeis haec vulgo placendi cura, hoc laudis studium a Servatore exprobratur Ioh. 5, 44. *Πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες—;* Namque illi non solum in hac mortali vitâ existimationi hominum tribuebant plurimum, sed etiam gloriae post fata superstitis ita agitabantur stimulis, ut Iosephi scripta eiusmodi significationibus abundent v. c. Antt. 2, 9, 3. Abrami *εὔκλεια*, et Mosis virtus *μνήμης ἐφ' ἴσον μένει χρόνον τὰ σύμπαντα τευξομένη παρ' ἀνθρώποις*; ib. 12, 2, 5. *μεγίστη δόξα* LXX interpretum; ib. 6, 3. Iudae Maccabaei *ἡ τ. ἔργων μνήμη τάξιν ἀθανασίας λαμβάνουσα — τ. σωμάτων — ἧς*

ἐραςθέντας ὑμᾶς βούλομαι διώκειν τὴν εὔκλειαν; ib. 11, 2. *μέγιστον αὐτοῦ κλέος καὶ μνημεῖον.* ib. 13, 3, 1. Ptolemaei Philometoris Graecae Pentateuchi versionis auctoris *μνήμη καὶ δόξα αἰώνιος;* ib. 15, 10, 5. 11, 1. *δόξα αἰώνιος — αἰώνιος μνήμη;* ib. 16, 2, 4. Antipatri *ἀνδραγαθίαν ἀειμνημόνευτον;* ib. 17, 6, 2. discipulorum aquilam auream de porta templi deripientium *διὰ τὸ ἀΐδιον τοῦ ἐπαινεῖςθαι φήμη;* ib. 18, 1, 1. Iudae Gaulanitae *τιμὴ καὶ κλέος τοῦ μεγαλόφρονος;* ib. 6, 14, 4. Sauli propter generosam devotionem *μνήμη αἰώνιος — ἀγήρως μνήμη — ἡ μετὰ τὸν θάνατον εὐφημία;* ib. 4, 6, 5. Iudaeorum *κλέος αἰώνιον* quavis fere paginâ celebratur cf. Sap. 8, 13. Quo facto Pharisaei, praesertim quum suimet invicem amantiores essent, et communis causa utilitatis concordes (B. I. 2, 8, 14), mira apud plebem Iudaeorum gratia atque auctoritate floruerunt, id quod Iosephum multis modis testatum videmus v. c. Antt. 13, 10, 6. *τῶν φαρισαίων τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐχόντων.* ib. 5. *Τοςαύτην ἔχουσι τὴν ἰσχὺν παρὰ τῷ πλήθει, ὡς καὶ κατὰ βασιλέως* (v. c. ib. 19, 7, 4.) *καὶ κατὰ ἀρχιερέως εὐθὺς πιστεύεςθαι.* — ib. 15, 5. *δύναςθαι πολὺ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τούτους βλάψαι τε μισοῦντας καὶ φίλους διακειμένους ὠφελῆσαι· μάλιστα γ. πιστεύεςθαι παρὰ τῷ πλήθει περὶ ὧν ἂν καὶ φθονοῦντές τι χαλεπὸν λέγωσιν.* Qua eadem auctoritate apud plebem ut potirentur sacerdotes, quidquid evenisset, non mirum, ea mente in suum colorem traxisse.

Tertio loco, id quod vel maxime ex laudato Iosephi testimonio aptum atque necessitate nexum est notandum illud, archipresbyteros, Pontifices, synedros et Pharisaeos pro mutuâ ipsorum necessitudine, quum divino pariter atque humano iuri tuendo destinati studiorumque atque consiliorum societate copulati communem utrique causam haberent et alteri alteris magno adiumento essent, consociantes plerumque operam et coniunctim tum agentes tum patientes induci. Exemplorum copia in libris Iosephi, inprimis de bello Iudaico, et in codice N. T. in promtu est. Ios. vit. 2. *συνιόντων ἀεὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν τῆς πόλεως πρώτων ὑπὲρ τοῦ παρ᾽ ἐμοῦ περὶ τῶν νομίμων ἀκριβέστερόν τι γνῶναι.* ib. 5. *ὑπεξελθὼν τοῦ ἱεροῦ πάλιν τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρώτοις τῶν φαρισαίων συνδιέτριβον.* Antt. 20, 6, 1. *Οἱ πρῶτοι κατὰ τιμὴν*

καὶ γένος τ. Ἱεροσολυμιτῶν — μετενδυσάμενοι σάκκους — παντοῖοι τοὺς ἀφεστῶτας παρακαλοῦντες ἦσαν. ib. 20, 8, 8. *Ἐξάπτεται — τ. ἀρχιερεῦσι στάσις πρὸς τ. ἱερεῖς καὶ τ. πρώτους τ. πλήθους τ. Ἱεροσολυμιτῶν.* ib. 20, 8, 11. *πέμπουσι — πρὸς Νέρωνα τ. πρώτους δέκα καὶ Ἰσμάηλον τ. ἀρχιερέα καὶ Ἑλκίαν τ. γαζοφύλακα.* B. I. 2, 12, 6. *Δύο δὲ ἑτέρους τ. δυνατωτάτων κ. τοὺς ἀρχιερεῖς Ἰωνάθην* (17, 9 ib.) *καὶ Ἀνανίαν* (ib. 2, 12, 6. 17, 2. 9. Antt. 20, 9, 2. —— *καί τινας ἄλλους Ἰουδαίων γνωρίμους ἀνέπεμψεν ἐπὶ Καίσαρα.* ib. 2, 14, 8. *προςελθόντες οἵ τε ἀρχιερεῖς κ. δυνατοί, τό τε γνωριμώτατον τ. πόλεως πᾶν παρέστησαν τῷ βήματι,* Flori procuratoris. ib. 15, 2. *οἱ δυνατοὶ σὺν τ. ἀρχιερεῦσι τ. ἐσθῆτας περιεῤῥήξαντο.* ib. 4. *Ὀνομαστὶ δὲ οἱ ἀρχιερεῖς ἕκαστον τ. γνωρίμων καὶ κοινῇ τὸ πλῆθος ἱκέτευον.* ib. 6. *μεταπεμψάμενος — φλῶρος — τούς τε ἀρχιερεῖς κ. τὴν βουλὴν — ἔφη.* ib. 16, 2. *Ἰουδαίων οἵ τε ἀρχιερεῖς ἅμα τ. δυνατοῖς καὶ ἡ βουλὴ παρῆν δεξιουμένη τὸν βασιλέα.* ib. 17, 2. *πολλὰ τ. ἀρχιερέων καὶ τ. γνωρίμων παρακαλούντων.* ib. 3. *συνελθόντες οἱ δυνατοὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι συνίσταντο καὶ τῶν φαρισαίων οἱ γνώριμοι ὡς ἐπ' ἀνηκέστοις ἤδη συμφοραῖς ἐβουλεύοντο περὶ τ. ὅλων.* ib. 5. *Τούτοις θαρσήσαντες οἱ δυνατοὶ σὺν τ. ἀρχιερεῦσι καὶ πᾶν ὅσον τοῦ πλήθους εἰρήνην ἠγάπα τὴν ἄνω καταλαμβάνονται πόλιν.* i. e. Pharisaei *δήμου τὸ καθαρώτατον καὶ εἰλικρινέστατον εἰρήνην ἄγειν προῃρημένον.* B. I. 2, 16, 4. — ib. 2, 20, 3. *Ἡρέθη Ἰώσηπος, υἱὸς Γορίωνος* (4, 3, 9. 6, 1.) *καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἄνανος τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἁπάντων αὐτοκράτορες.* ib. 4, 3, 9. *οἱ προέχειν δοκοῦντες αὐτῶν — τ. δήμου — Γωρίων τε υἱὸς Ἰοσήπου καὶ ὁ Γαμαλιήλου Συμεὼν* (vit. 38. 39.) *παρεκρότουν ἐν τ. ἐκκλησίαις ἀθρόους καὶ κατ' ἰδίαν περιιόντες ἕκαστον, ἤδη ποτὲ τίσασθαι τοὺς λυμεῶνας τῆς ἐλευθερίας, οἵ τε δοκιμώτατοι τ. ἀρχιερέων, Γαμαλᾶ μ. υἱὸς Ἰησοῦς* (4, 3. 5, 2. vit. 41.) *Ἀνάνου τε Ἄνανος* (5, 2. Antt. 20, 9, 1.) *πολλὰ τ. δῆμον — ἐπήγειρον τοῖς ζηλωταῖς.* ib. 5, 13, 1. *ἱερεύς τις Ἀνανίας υἱὸς Μασαμβάλου τῶν ἐπισήμων καὶ ὁ γραμματεὺς τ. βουλῆς Ἀριστεὺς — καὶ σὺν τούτοις πεντεκαίδεκα τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου λαμπρῶν ἀναιροῦνται.* Perinde in codice N. T. coniunctim agentes inducuntur mox *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι.* Matth. 21, 45. 27, 62. Ioh. 7, 32. 45. XI, 47. 57. 18, 3. mox *οἱ*

ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς Mtth. 2, 4. 16, 21. 20, 18. 21, 15. Marc. 10, 33. 11, 18. 14, 1. 15, 31. Luc. 9, 22. 19, 47. 20, 19. 22, 2. 23, 10. mox *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι* Mtth. 27, 3. 12. 20. Actt. 4, 23. 23, 14. *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ* Mtth. 21, 23. 26, 47. 57. 27, 1. cf. Actt. 25, 15. *ὁ ἀρχιερεὺς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων* Actt. 24, 1. *ὁ ἀρχιερεὺς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων.* ib. 25, 2. *ὁ ἀρχιερεὺς καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον* ib. 22, 5. cf. Luc. 22, 66. *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον*, mox *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ* Mtth. 26, 3. 27, 41. Marc. 8, 31. 14, 43. 53. Luc. 20, 1. mox *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὅλον*, cuius partem fuisse Pharisaeos Actt. 5, 34. 23, 6. 9. docent; *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον* Marc. 15, 1. *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον* Marc. 14, 55. mox *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν* Luc. 23, 13. 24, 20. *οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ φαρισαῖοι* Ioh. 7, 48. Neque vero fortuita fuit aut singulorum virtute parta et ad tempus stabilita archipresbyterorum tanta illa prae Pontificatu dignitas atque auctoritas, sed mutato sub auspiciis Romanorum atque Herodiadum statu theocratiae Iudaicae factum est, ut illi ipsi Iesu et Apostolorum aetate ac Iosephi scriptoris adhuc tempore plurimum in republica pollerent. Etenim et Romanorum imperium unius dominationem secundum tritum illud: divide et impera, aegre ferebat, Antt. 14, 5, 4. B. I. 1, 8, 5. et Herodiadum tyrannicâ libidine summum inter Iudaeos fastigium adeo in dies decreverat, ut quum edicto regio de caede Pontificis patranda Sauli olim satellites prae pudore ac reverentia restitissent, (Antt. 6, 12, 6. 1 Sam. 22, 6.) eiusdem ne hausto quidem sanguine zelotarum immanitas satiaretur. Itaque forma theocratiae inter Iudaeos monarchica post Herodis M. mortem et Archelai ethnarchae exilium in aristocratiam verterat, summâ rerum a Pontifice M. ad optimates sacerdotum seu archipresbyteros delata atque sacerdotii occasu per orbem quasi ad ortus sui elementa sub Mose aristocratica revoluto. Ita enim disertis verbis Iosephus Antt. 20, 10, 5 extr.: *Μετὰ δὲ τὴν τούτων — Ἡρώδου βασιλέως καὶ Ἀρχελάου τοῦ παιδὸς αὐτοῦ — τελευτὴν ἀριστοκρατία μὲν ἦν ἡ πολιτεία, τὴν δὲ προστασίαν τοῦ ἔθνους οἱ ἀρχιερεῖς πεπίστευνται.* cf. ib. 1. 6, 5, 4. *ἐπὶ Μωϋ-*

σέως καὶ — Ἰησοῦ ἀριστοκρατούμενοι διετέλουν. Hinc fortasse ortum duxit frequentata illa in N. T. appellatio γραμματέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, quam eandem quum prisco tempore Num. XI, 16. cll. Exod. 18, 21 sq. delectis a Mose septuaginta populi antistitibus usurpatam viderent, ad assessores synedrii Hierosolymitani, paulisper immutatâ significatione, transtulerant. Hinc illa archipresbyterorum cum Pharisaeis ac synedris de republicâ consultantium concilia, qualia saepenumero memorari v. c. Ioh. 9, 22, 11, 47. supra vidimus. Hinc denique tanta Pharisaeorum opes incrementa ceperunt, ut sacerdotum auxilio adiuti et factionis civilis in republicâ vim et naturam nacti non modo Pontificibus atque regibus officere possent et obstare, sed ipsi adeo Herodis M. imperiosae ac dictatoriae maiestati tantam sui reverentiam tantamque formidinem incuterent, ut multis eorum adversis ipsum patratis facinoribus indulgentius ignosceret, ab atrocitate in puniendo sibi temperaret ac vix aliquoties gravius in eos decerneret. Teste Iosepho utimur, qui non solum Antt. 17, 2, 4. palam dicit, φαρισαίους βασιλεῦσι δυναμένους μάλιστα ἀντιπράσσειν, sed etiam exemplorum copiam dictum illud illustrantium suppeditat. Ioannem Hyrcanum enim regem ac Pontificem (135 — 107 a. C. n.) et disciplinae ipsorum alumnum itemque Iannaeum Alexandrum, successorem eius (105 — 79 a. C. n.) Pontificatu indignos iudicant, Iannaeo adeo infesti, ut stolâ ornatum Pontificiâ, dum adstans altari in festi tabernaculorum solemnitate sacris operaretur, malis citreis impeterent belloque civili incenso eum evertere conarentur (Antt. 13, 10, 6. 13, 5. 14, 2. 16, 2.). Hyrcanum II. Pontificem instigant, ut Herodem M. iuvenem actione capitali coram synedrio insectaretur (ib. 14, 9, 3); eundem et Phasaelum fratrem apud M. Antonium triumvirum accusaturos in Bithyniam legatos mittunt (ib. 12, 2. cf. 9, 3. coll. 5); Herodem M. tantum abfuit ut regem agnoscerent, (ib. 15, 1. 2) ut iuramentum fidei ei ac Caesari praestandae detrectarent (ib. 17, 2, 4); proditorem coniurationis adversus eundem regem factae membratim palam discerpunt et tamen nemo testis facinoris reperiri potuit (ib. 15, 8, 4); idem dum animam ageret moribundus, direptionis aquilae aureae de porta templi per ipsorum discipulos auctores atque adiutores sunt (ib. 17, 6, 4. cf. 2, 4, 2), eo autem mortuo Ioazari loco alium Pontificem legis observatiorem atque religiosiorem sufficì postulant (ib. 17,

9, 1.). Hic etsi non infitior, Pharisaeorum non paucos a Iannaeo Alexandro crucifixos et ab Herode M. vivos aliquot combustos narrari (Antt. 13, 14, 1. cf. 16, 2. — 17, 6, 4 extr.), tamen ab Herode M. scimus eos plerumque tam clementer habitos (ib. 15, 8, 2. *βίαν ἐπάγειν ἄκαιρον ᾤετο*), ut Hillelem ac Sameam Pharisaeorum proceres, remisso iuramento, perpetuo coleret, (ib. 15, 1, 1. 10, 4) ceteris autem iuramenti detrectatoribus, mulctam dumtaxat imponeret ac traditionum Pharisaicarum per Nicolaum Damascenum oratorem defensor ac stator existeret.

Sed restat, ut potentiam Pharisaeorum hierarchicam per partes explicemus, et quaenam sacerdotio iura fuerint, et quatenus illa cum Pharisaeis communicata videamus. Et generatim quidem Iosephus c. Ap. 2, 21. commune sacerdotum ius ordinationis, administrationis, inspectionis, ius liturgicum, ius iurisdictionis atque disciplinae sub auspiciis Pontificis M. exercendum attribuit. Horum autem iurium omnium Pharisaeos consortes fuisse videmus. Et primum quidem ius ordinationis quod attinet, partes eius ad unam omnes comprehenduntur voce Iesu Christi Mtth. 23, 2: *Ἐπὶ τῆς Μωϋσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι*, i. e. Mosis locum tenent, eius vices explent, successores et vicarii eius in vitâ sunt, non modo quâ disciplinae eius alumni opus eius continuant et doctrinam propagant — *ἡμεῖς τοῦ Μωυσέως ἐςμὲν μαθηταὶ* Ioh. 9, 28. ipsi profitentur item 484, 22. Gen. 15, 5. *τοῖς Μωϋσέως γνωρίμοις ἡμῖν οὐδὲν τούτων ἀπῳδόν ἐστιν*, Arm. 2, 180. Gen. 15, 11. „Nos Moysi adhaerentes placitumque magistri manibus noscentes“ 2, 260, 16. 2, 264, 19. *Μωϋσέως φοιτηταὶ καὶ γνώριμοι.* De *καθέδρα* v. Sirac. 12, 12. cf. Philostrat. vit. Apoll. ed. Kayser de throno Iarchae, philosophi Ind. 43, 24. 54, 29. 56, 13.; Phraotis regis v. vit. Sophist. 50, 31. 32; sophistarum ibid. 274, 24. Romae ib. 274, 28. Athenis etc. — — sed etiam, quatenus divino Mosis afflatu illorum instar septuaginta populi procerum (265, 45., Num. XI, 17) instincti munia Mosis omnia, *βασιλείαν, νομοθεσίαν, προφητείαν, ἀρχιερωσύνην* (2, 135, 5. 2, 163, 33. 2, 416, 46. 47) pariter obirent ac Ioanni Hyrcano ea peragere contigerat (Antt. 13, 10, 7. B. I. 1, 2, 8). Idem fere de Pharisaeis non declaratur quidem sed significatur legatione quinquaginta virorum post mortem Herodis

M. Romam ad Caesarem missorum *ὑπὲρ αἰτήσεως αὐτονομίας* B. I. 2, 6, 1. Antt. 17, 11, 1. Namque quinquagenarius numerus secundum numerorum doctrinam Pharisaicam symbolice indicat *ἄφεσιν καὶ ἐλευθερίαν παντελῆ καὶ ἐπάνοδον εἰς τὰς ἀρχαίας λήξεις* 203, 42. Levit. 25, 8 sqq. 27, 17 sq. cll. 2, 392, 1. Arm. 2, 208. Antt. 3, 12, 3. cll. 4, 8, 28. *ὁ πεντηκοστὸς ἐνιαυτὸς καλεῖται Ἰώβηλος, ἐν ᾧ οἵ τε χρεῶσται τ. δανείων ἀπολύονται καὶ οἱ δουλεύοντες ἐλεύθεροι ἀφίενται.* Deinde ius administrationis competisse Pharisaeis patet ex loco Iosephi B. I. 2, 20, 4. de provinciis, quae singulae singulis Pharisaeis administrandae traduntur. In hunc censum veniunt alia praeterea iura, dico ius institutionis publicae, propagandae fidei, portentorumque interpretandorum, et factitandae medicinae magicae. Exempla rem illustrabunt. Iuventutis erudiendae legisque enarrandae et explanandae magistros habemus Iudam, Sariphaei, et Matthiam, Margalothi filium, Rabbinos, quos Ios. Antt. 17, 6, 2 descriptos dedit ut *ἄνδρας τῷ δήμῳ προςφιλεῖς διὰ παιδείαν τοῦ νεωτέρου· ὁσημέραι γ. διημέρευον αὐτοῖς πάντες οἷς προςποίησις ἀρετῆς ἐπετηδεύετο*, et loco parallelo B. I. 1, 33, 2 de iisdem scripsit: *τούτοις οὐκ ὀλίγοι προσῄεσαν τῶν νέων ἐξηγουμένοις τοὺς νόμους καὶ συνῆγον ὁσημέραι τῶν ἡβώντων στρατόπεδον* cf. Arm. 2, 477. Gratuitam autem fuisse Rabbinorum institutionem, quo Socraticorum more a sophistis discernerentur, ut iam alias monuimus, vel uno Pauli apostoli exemplo constat 1 Corr. 9, 4—23. cf. Hartmann *Verbindung d. A. T. mit d. N.* p. 409. Scimus item, praeceptum decalogi quintum, vel nostratium more computandi, quartum, sedem fuisse disputationum de magistrorum atque discipulorum mutuis officiis vid. 2, 207, 22. ut nihil dicam, ea multis locis Mishnae graviter inculcari ed. Surenhus IV, 410. 411. 415. 427. 487. Ius propagandae fidei, abunde illud testatum loco Mtth. 23, 15. quum aucto Iudaeorum numero et nominis splendor Iudaici et fidei obstinatio et hierarchiae opes et aerarii sacri vectigalia (Antt. 14, 7, 2) nova simul incrementa caperent, adeo curae cordique Pharisaeis fuit, ut non modo regiae stirpes Adiabenorum, Cilicum, Emesaeorum matronaeque Romanorum illustres ac Caesareae ad amplectenda sacra Iudaica pellicerentur (Antt. 20, 2, 4 sq. 7, 1. 3. 8, 11. 18, 3, 5. vit. 3.), sed etiam Idumaeorum Ituraeorumque populi per vim metumque, ut id face-

rent, adigerentur (Antt. 13, 9, 1. 11, 3). Ius portenta interpretandi competisse Pharisaeis tum probabiliter coniicitur ex loco Mtth. 16, 1—3 unde et ostenta visendi cupidos et meteorologiae studio deditos fuisse discimus (371, 6 *πάντα ταῦτα ὁ — — πολυώνυμος σοφὸς κεχώρηκεν εὐσέβειαν, — φυσιολογίαν, μετεωρολογίαν.* Appian. Bell. civ. 2. *Βραχμᾶνες Ἰνδῶν μετεωρολόγοι τε καὶ σοφοὶ κατὰ Περσῶν οἱ Μάγοι*), tum plane confirmatur exemplis *ἱερογραμματέων* illorum Hierosolymitanorum B. I. 6, 5, 3 cll. c. Ap. 1, 32. quo nomine Pharisaeos dici *τοὺς τὸν νόμον γινώσκοντας* Ioh. 7, 49. in aperto est. Denique ius medicinae magicae, quam Philo ut a medicina methodicâ et empiricâ distingueret 199, 41. 45. (Plat. Legg. IX. 857, d. Anson. Idyll. XI, 68) *λογοιατρείαν* vocavit (526, 38), utpote incantationum et carminum ope factitandam, apud Pharisaeos in usu fuisse, exorcistarum Pharisaicorum exempla ostendunt, qui adhibitâ evocatione daemonum salutem obsessis restituisse narrantur Mtth. 12, 27. Luc. XI, 19. *οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι τὰ δαιμόνια;* Actt. 19, 13. 14. Scevae Iudaei archipresbyteri septem filii exorcistae memorantur. Antt. 8, 2, 5. cll. B. I. 7, 6, 3. autem materiam, qua uterentur, medicam ipsamque artem medendi produnt cf. Plutarch. de Fluviis. ed. Hercher. Lips. 1851. cap. 16, 2. Quibus artibus quum id potissimum ageretur, ut „specie salutari velut altioris sanctiorisque medicinae et blandissimis eius desideratissimisque promissis assumta vatum divinatione et sacrificiorum caerimonia vires religionis adderentur“ (Plin. H. N. 30, 1), quamvis artium usu magicarum lege Deut. 18, 11 interdictum fuerit, non dubito, quin, quae de editis vatum oraculis ac sacrificiis peractis, quibus Herodes M. rex devoveretur, coniuratarum cum Pharisaeis matronarum manus effutierat (Antt. 17, 5, 6. cll. 2, 4 fin.), ea omnia ad artes magicas spectaverint, eaeque ipsae patefactae Herodem M. impulerint, ut socios ac ministros sceleris Pharisaeos capite plecteret. Sacrificiis enim Iudaei si vim tribuerunt mala physica depellendi morbisque et morti eximendi, id quod locis Antt. 3, 9, 4. et 2, 224, 33 testibus constat, cur iisdem praesidiis ad mala infligenda uti potuisse Pharisaeos improbabile iudicandum?

Pergimus ad ius liturgicum, quod in ordinando sacrorum ritu comprecationumque solemnium, supplicationum, acclamationum, canticorum, hymnorum,

responsionum rite concipiendis formulis versatum est. Hoc autem penes Pharisaeos fuisse Iosephus memoriae prodidit, Antt. 18, 1, 3 disertis verbis dicens: *ὁπόσα θεῖα εὐχῶν τε καὶ ἱερῶν ποιήσεως ἐξηγήσει τῇ ἐκείνων — τ. φαρισαίων — τυγχάνουσι πρασσόμενα.* Quod genus Philo quum mox ad Mosen auctorem (612, 6 sqq.), mox ad Iudam *τὸν εὐχάριστον* (349, 24. 30. 45. 664, 12.), mox ad sacerdotes (2, 161, 27 sq.), mox ad tribum Leviticam (189, 25. 533, 24.) retulerit, patet opinor, quibus ille notis atque criteriis Pharisaeos, quorum ne nomen quidem unquam usurpavit, agnosci voluerit. Ius liturgicum excipit ius inspectionis atque inquisitionis eorum, quicunque vel a doctrinâ religionis publicâ vel a cultus divini sancitis caerimoniis ullo modo viderentur desciscere. Quo loco et numero habendi sunt N. T. loci omnes, ubi Pharisaeos expostulare cum Iesu et apostolis videmus mox de venia ac potestate docendi populum Ioh. 7, 45. XI, 47. cll. Mtth. 21, 23. Marc. XI, 28. Luc. 20, 1. Actt. 4, 7. mox de doctrinae traditae orthodoxa puritate atque integritate Mtth. 19, 1. 12, 2. 10. 22, 17. 35. 41. mox de morum sanctimoniâ Levitica Mtth. 9, 11. 12, 2. 15, 1. cll. Marc. 7, 2. 3. Luc. XI, 38. De iurisdictionis consortio Pharisaeorum res in vulgus notissima est vel ex eo uno, quod assessores synedrii magni Hierosolymitani fuisse constat vit. 41. Actt. 5, 34. 23, 6. Restat unum adhuc ius disciplinae, quod potestate in fontes duplici tum verberibus caedendi propter leviora peccata, tum excommunicandi propter graviora facinora constitit. Et prioris quidem generis exemplum habemus apud Iosephum B. I. 6, 5, 3. ubi, postquam narravit, Iesum quendam, indoctum et incultum de vulgo hominem, quadriennio ante bellum (62. p. C. n.) tabernaculorum festo, pacatâ adhuc civitate, vicos urbis peragrantem, clamoribus infaustis et male ominatis de appropinquante interitu, civium animos exterruisse, ita pergit: *τῶν δ' ἐπισήμων τινὲς δημοτῶν* (i. e. *φαρισαίων δημοτικῶν* vit. 39), *ἀγανακτήσαντες πρὸς τὸ κακόφημον, συλλαμβάνουσι τὸν ἄνθρωπον καὶ πολλαῖς αἰκίζονται πληγαῖς.* Describit Iosephus usitatam illam in synagogis Iudaeorum poenam, quadraginta minus uno verberibus constantem, de qua Deut. 23, 3. Antt. 4, 8, 21. 23. vit. 64. 2, 313, 19. 2 Corr. XI, 24. memoriae proditum legimus. Alterum genus autem ad excommunicationem spectavit, per quam, ut Ioanneâ dictione utamur, synagogae

aditu interdicebantur (*ἀποσυνάγωγον ποιεῖν* Ioh. 9, 22. 12, 42. 16, 2.), vel Paulina dicendi consuetudine, in potestatem Satanae tradebantur (*παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ* 1 Corr. 5, 5.). Itaque non mirum, si *εὐσέβεια* per praestantiam pietatem Pharisaicam perinde designaret (vit. 39. Antt. 17, 6, 2.), sicut in medio aevo religio et vita monastica unà eâdemque notionem expresserunt (Schroeckh Kgesch. 16, 210. 431.). Quae si recte disputata sunt, efficitur opinor, Pharisaeos aut collegii sacerdotum consortes fuisse censendos, aut per se unius corporis compage nexos.

Alterum argumentum pro asserendo Pharisaeorum sodalitio a traditionum, quas vocant, propagandarum via ac ratione ducitur. Pharisaeos namque earum et auctores et custodes fuisse, post N. T. et Iosephi luculenta testimonia (Mtth. 15, 2. Antt. 13, 10, 6.) non est quod demonstremus. Idem inter omnes constat, traditionum dignitatem Pharisaeos adeo deveneratos fuisse, eam ut non solum cum auctoritate scriptae legis exaequarent, earumque notitia legis interpretem carere non posse indicarent (c. Apion. 1, 23 extr.), sed legibus ipsis omni honore anteferrent (2, 361, 9—12). Denique commenta Rabbinorum ad verbum atque litteram menti impressa decursu aetatum memoriter servata fuisse et ut recepta ab aliis hominum, ita per manus ad posteros tradita, nemo mirabitur, qui meminerit, et Homerica carmina, hoc uno modo ad Pisistratum (contra Apion. 1, 2.) et vicies centum millia versuum a Zoroastre condita ad Hermippum pervenisse (Plin. H. N. 30, 2). Testis in hanc partem Philo locupletissimus, qui non modo memoriam in bonis primi ordinis, et in primariis dotibus sapientis et in fructibus mentis praestantissimis ponit, ita ut salutem animi ex memoria suspensam esse iudicet (2, 405, 9. *ἀγαθὰ προηγούμενα — ἐν ψυχαῖς ἡ ἄληστος μνήμη τῶν ἀξίων μνημονεύεσθαι.* 204, 27. Num. 8, 24. *ὁ τοῦ ἀστείου νοῦς φύλαξ καὶ ταμίας τῶν ἀρετῆς ἐστι δογμάτων.* — 54, 12. bonae indolis indicia *εὐθιξία, ἐπιμονή, μνήμη.* 591, 5. 610, 40. cf. Plat. Rep. VI. p. 487, a. — 468, 44. *μνήμης Ἐφραῒμ ἐπώνυμος γέγονεν ὃς καρποφορία μεταληφθεὶς προσαγορεύεται. Καρπὸς δὲ κάλλιστος — ψυχῆς τὸ ἄληστον ἐν μνήμαις.* — Arm. 2, 281. Gen. 19, 17. In montem salvare) sed disertis verbis idem dicit in more esse positum, ut traditiones Rabbinicae per successiones ad posteros transeant. *Πα-*

λαιός, inquit, ᾄδεται λόγος ὑπὸ μ. σοφῶν εὑρεθεὶς, μνήμῃ δὲ, οἷα φιλεῖ, κατὰ διαδοχὰς παραδοθεὶς τοῖς μετέπειτα 348, 13. At vero omnia promiscue omnibus, pura impuris, sacra profanis communicare nefas habebatur atque profanum. *Μεταδοτέον οὐ πᾶσι πάντων ἀλλὰ τῶν ἐφαρμοζόντων τοῖς ληψομένοις.* 2, 231, 9. 10. *Οὐ πᾶσιν ἐπιτρεπτέον τὰ θεοῦ καθορᾶν ἀπόῤῥητα ἀλλὰ μόνοις τοῖς δυναμένοις αὐτὰ περιστέλλειν καὶ φυλάττειν.* 76, 39. Non omnem veritatem convenit dicere apud omnes. Arm. 2, 298. Gen. 20, 10. *οὐ πάντων κοινωνητέον πᾶσιν οὔτε λόγων οὔτε πραγμάτων καὶ μάλιστα ἱερῶν. Πολλὰ γὰρ προϋπάρξαι δεῖ τοῖς ἐφιεμένοις τῆς μετουσίας τούτων.* 2, 658, 42 sq. cf. Mtth. 7, 6. Imo vero sancta et pia mente maiorum de rebus sacris placita et decreta et accipienda esse et tradenda censebant. Hac mente Iosephus de traditionibus verba facturum Nicolaum oratorem inducit dicentem Antt. 16, 2, 4: *τ. ἐθῶν καὶ τὸ τοῦ χρόνου τιμητὸν δυςαποδίδακτον εἶναι τοῖς ὁσίως παρειληφόσι καὶ διαφυλάττουσιν* i. e. a vetustatis traditionum reverentia aegre discessuros esse, quicunque eos pia mente et acceperint et custodiant. Idem aliis locis in eandem sententiam loquitur ib. 12, 2, 4. *ὡς ἁγνῆς οὔσης τ. νομοθεσίας καὶ μὴ δέον αὐτὴν βεβήλοις στόμασι διασαφεῖσθαι.* B. I. 5, 9, 4.: *Ἐγὼ μὲν φρίττω τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ λέγων εἰς ἀναξίους ἀκοάς.* Pariter Philoni stat sententia: *ὁσίως ἑρμηνεύειν τὰ ὅσια.* 610, 10. Verae autem et suo nomine dignae erga Deum pietatis unum fontem, unum praesidium agnoscebant disciplinam asceticam, quâ si mens rite subacta terrenâque labe et contagione mortali expurgata et in unâ Dei cogitatione defixa fuerit, tum vero suam et memoriae fidem et traditionibus integritatem et religionibus sanctimoniam constituram; mentem contra disciplinae asceticae expertem, defectione a Deo, perenni vitae fonte, factâ, rimosae instar cisternae neque capere divinorum bonorum affluentiam neque continere posse. 2, 659, 8—10. 576, 11 sq. cll. 575, 35. Ierem. 2, 3. Solis igitur Pharisaeis committendam putarunt traditionum ut custodiam, ita per successiones propagationem. Pharisaei enim erant, utpote vitae asceticae principes et antistites, *τοῦ δήμου τὸ καθαρώτατον καὶ εἰλικρινέστατον* B. I. 2, 16, 4 in. quos eosdem Philo nuncupat *τοὺς ἀδόλως καὶ καθαρῶς φιλοσοφήσαντας* 276, 2. Mosen ascetam *νοῦν εἰλικρινέστατον καὶ καθαρώ-*

τατον 372, 46. Ex. 9, 29. aemulatos, *πλήρη τὴν ὅλην ψυχὴν εἰλικρινεστάτων καὶ καθαρωτάτων δογμάτων γενομένους* 668, 43. Lev. 2, 2; Pharisaei item legum et traditionum fidi custodes atque dispensatores optimi *καὶ νόμων οὓς ὁ πατὴρ, ὁ ὀρθὸς λόγος ἔθηκεν, ἄριστοι φύλακες καὶ ἐθῶν* — traditionum — *πιστοὶ ταμίαι, ἅπερ ἡ παιδεία, μήτηρ αὐτῶν, εἰςηγήσατο.* 369, 1. cf. 695, 1 sq., Antt. 16, 2, 4. p. 788. med. ed. Hav. Atqui traditionum per successiones propagatio asceticaeque disciplinae principia, leges, instituta, ordinationes, artes aut fortunae temeritati et eventorum vicissitudinibus committendae sunt, aut consistere ac durare nequeunt, nisi mortalium arbitrio exemtae perennitatem collegii, cuius damna per cooptationem suppleantur, perfugium portumque incolumitatis nactae fuerint. Quod si Pharisaeorum tum traditiones, tum asceticae artes aetatem tulerunt, ita quidem, ut non solum florente adhuc statu civitatis ex abolitione per Iannaeum Alexandrum factâ post mortem eius sub Alexandrâ reginâ recreatae reviviscerent (Antt. 13, 16, 2 cll. 10, 6.), sed ut post Hierosolymorum adeo excidium Iosephus legibus et institutis Iudaeorum perennitatem spondere auderet (c. Apion. 1, 6, extr. 2, 38.), aut me omnia fallunt aut apparet, Pharisaeos sodalitii vinculo nexos atque copulatos fuisse.

At quaerat aliquis, quibusnam signis adspectabilibus et indiciis externis Pharisaeorum sodalitium dignoscatur? Respondeo, tantum abesse, ut huiusmodi signa et indicia plane desint, ut ea velut triariorum loco in tertia acie collocata, propugnaculo ac praefidio ceteris argumentis esse possint. Ut enim taceam, numerum eorum a Iosepho exhiberi sex millium amplius (Antt. 17, 2, 4. cf. 13, 14, 2. 2 Macc. 8, 16, sicut idem scriptor viginti millia sacerdotum numeravit c. Ap. 2, 8), quod fieri omnino non potuerat, si vis et natura Pharisaeorum in animi sententiâ pectore inclusa latuisset: quis enim unquam Academicorum, Peripateticorum, Stoicorum multitudinem computare ausus est? ut omittam, in evangeliis N. T. Pharisaeos, quoties cum Iesu congrederentur, sine ulla haesitatione semper agnosci; noscebantur Pharisaei primum vestitus ornamentis peculiaribus, non quo ille ad externam speciem et formam a communi more et consuetudine ullo modo discrepaverit; Mosis enim discipulos magistri exemplum aemulari decuit, quem Iosephus narrat privati hominis habitu contentum et

in ceteris rebus omnibus populi consuetudinem secutum id unice egisse, ut nihil a popularibus differre existimaretur, nisi quod communi eorum saluti prospicere videretur (Antt. 3, 8, 8); sed phylacteriorum latitudine et fimbriarum ex ora pallii dependentium magnitudine (Matth. 23, 5) conspicui fuerunt; Rabbini autem praeter nomen solemne, fortasse etiam baculo Exod. 4, 2. 17, 9, clavi (cf. Luc. XI, 52.) et annulo insignes.

Deinde magistratus et antistites habuerunt atque conventus egerunt. Et magistratus quidem eorum mox *οἱ πρῶτοι τῶν φαρισαίων* appellantur vit. 5. *οἱ πρωτεύοντες αὐτῶν* Antt. 13, 15, 5. mox *τῶν φαρισαίων οἱ γνώριμοι* B. I. 2, 17, 3. mox *οἱ ἄρχοντες τῶν φαρισ.* Luc. 14, 1. *ἡγούμενοι* Sirac. 35. Conventus autem eosdem egisse videmus non solum urgente tempore et extra ordinem vel in publico Antt. 19, 7, 4. vel in templo B. I. 2, 1, 3. cll. Antt. 17, 9, 1. vel privatim soli cum solis (Mtth. 22, 34, 41.), sed etiam conventus statos atque solemnes, tum Hierosolymis in templo (Luc. 2, 46.), tum per provincias in conclavi synagogae contiguo, cui *ἀνδρῶν* nomen fuit, 650, 11. Num. XI, 16. *τὸ τ. φίλων συνέδριον* vid. Antt. 16, 6, 2. בֵּית מִדְרָשׁ v. Lightfoot. opp. Vol. 2. p. 83. *Nachtigall üb. d. Versammlungen d. Weisen u. Eichhorn, Bibl.* 9, 386. 396. *Hartmann* p. 384. Quodsi gradus dignitatis inter eos fuerunt conventusque stati ac solemnes, quae luculentiora sodalitatis legibus ac moribus ordinatae vestigia requiri queant, non potest intelligi.

Tum vulgi tantam prae se tulerunt despicientiam, ut non modo consuescere cum portitoribus aliisque id genus hominibus dedignarentur idque Iesu exprobrarent (Mtth. 9, 11. XI, 19. Luc. 18, 11.), sed vulgus etiam subtilioris legis scientia destitutum execrabile indicarent (Ioh. 7, 49), quippe tum pietate erga Deum ac subliuiori quadam virtute, tum sapientiâ prae istis sibi visi excellere. Luc. 18, 9; B. I. 1, 5, 2. *φαρισαῖοι σύνταγμά τι Ἰουδαίων δοκοῦν εὐσεβέστερον εἶναι τ. ἄλλων καὶ τ. νόμους ἀκριβέστερον ἀφηγεῖσθαι.* In quo etsi Platonem (Rep. 6. 494, a.), Stoicos (Cleanthem ap. Clem. Al. Strom. 5. 554, a Sylb.) et Philonem consentientes haberent, quid quaeso illud significat aliud, quam Pharisaeorum coetum, exclusâ plebe, privilegio sapientiae ac virtutis mactatum fuisse, nec potuisse aliter illud cum aliis communicari, quam quomodo ipsi

traditum accepissent? Etenim fuit hoc in parte iuramenti Essaeorum, ut sancte promitterent *μηδενὶ μεταδοῦναι τ. δογμάτων ἑτέρως ἢ ὡς αὐτὸς παρέλαβεν.* B. I. 2, 8, 7. cf. Bohlen 1, 133. Perinde Pharisaeos fecisse, perquam probabile videtur. Caeterum fastus Pharisaeorum vulgi contemtu sese exserens, ex parte saltem, ortum duxisse videtur ex praerogativa, qua magnae et amplae sodalitatis consortio superbiebant. Ita ut statuam, permovet me locus Philonis 338, 35. Deut. 32, 7: *τοὺς γῆς παῖδας οὓς Ἀδὰμ ὠνόμασεν υἱοὺς, ἐσπάρθαι καὶ ἀνασκεδασθῆναι καὶ ἐπισυναχθῆναι στῖφός τε γενέσθαι, ἡγεμόνι χρήσασθαι ὀρθῷ λόγῳ μὴ δυναμένους.* Quos h. l. *γῆς παῖδας* vocat, iidem illi sunt, qui 271, 5. Gen. 6, 4. *γῆς ἄνθρωποι*, אַנְשֵׁי הָאָרֶץ, ut cum Rabbinis loquar, appellantur, indocti, rudes, ventri ac gulae dediti homines exadverso doctorum ac politiorum, — *ἄνθρωποι οὐρανοῦ* et sacerdotum ac prophetarum — *ἄνθρωποι θεοῦ.* Hos ait dispersos ac disseminatos, gregis instar pastore destituti, per terram palari ita, ut ne collecti quidem possint in unum coetum (*στῖφος*), qualis Pharisaeorum sodalitas, coire.

Porro nomina, quibus Pharisaeorum universitas designatur, sodalitatis notionem exprimunt. Iosephus B. I. 1, 5, 2. *σύνταγμά τι Ἰουδαίων* vocat i. e. coetum iure sociatum, legibus ordinatum, quique ductorum suorum auspiciis sui iuris esset, quemadmodum alias in bonam partem Antt. 14, 7, 2. *τὰ συντάγματα τ. Ἰουδαίων* (coetus) Iudaeorum, *Juden-Gemeinden*, B. I. 4, 9. 10. *τὸ σύνταγμα τ. Γαλιλαίων* de exercitu, in malam partem antem B. I. 1, 24, 8. *συντάγματα* globuli coniuratorum, Clubbs, ib. 4, 3, 3. Antt. 20, 8, 5. *λῃστῶν σύνταγμα* latronum agmen, *Räuberbande* dicuntur cf. Antt. 17, 2, 4. 18, 1, 4. *ὁ φαρισαῖος.* Perinde Philo, qui quamvis religione tactus Pharisaeorum ne nomen quidem usurpaverit, quia, ut Dei nomen enuntiare diserto legis Levit. 24, 16. edicto capitale erat, ita liberis parentes, discipulis magistros, servis heros, denique quoscunque reverentia ac pudore prosequi deceret, proprio vocare nomine summum nefas ducebatur (2, 166, 23. Arm. 2, 70), idem tamen universitatem eorum per symbola tecte significavit, v. c. 2, 418, 47. *ὁ ἀσινὴς οἶκος ὁ τέλειος καὶ συνεχὴς ἐν ταῖς ῥηταῖς γραφαῖς καὶ ἐν ταῖς καθ' ὑπόνοιαν ἀλληγορίαις θίασος* v. c. 338, 21. *ψυχῶν σοφῶν* 650, 34. *ὁ φιλικὸς* 2, 163, 11. *ὁ φρονήσεως καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας κ. δικαιοσύνης ἱερώτατος* cf. 2, 445, 8. *ὁ τ. Πυθαγορείων ἱερώτατος θία-*

σος et Antt. 14, 10, 8. Caesar κωλύων θιάσους συνάγεσθαι i. e. collegia illicita. — φυλή v. c. 533, 22. ἡ Λευϊτικὴ 2, 163, 25. ἡ ἱερατικὴ — ἀνδρωνῖτις 451, 24. — λαός. 2, 428, 14. θεοῦ. 395, 23. ὁ θεοφιλής. 445, 6. Deut. 4, 6. ὁ σοφὸς καὶ ἐπιστήμων. — ἔθνος 444, 25. Deut. 4, 6. μέγα i. e. πρὸς τὸ ἄμεινον αὖξον. it. 445, 7. ἐπειδὴ μεγάλων ὀρέγεται. ib. 11. τὸ θεῷ συνεγγίζον. 2, 9, 51. ἅγιον. — ib. 44. Ἰσραήλ. — συναγωγή. 238, 8. 307, 17. Num. 27, 16. κυρίου — σύλλογος 260, 7. Deut. 23, 3. θεῖος. — ἐκκλησία 260, 7. κυρίου. 289, 18. ἡ ἱερά. — ἀγέλη. 594, 25. Ex. 2, 18. ἡ θεῖα. 596, 10. ἡ ἱερά. 658, 24. ἡ λογικὴ καὶ καλὴ οἰκία 461, 30. Gen. 50, 7. ἡ πατρικὴ 2, 132, 8. μία. — κοινωνία 2, 659, 44. ἡ φιλική. — ἀδελφοί. 679, 29. Gen. 37, 10. 2, 388, 40. Deut. 23, 19. — πόλις. 421, 19. ἡ ἀμείνων. — ἱερόπολις 2, 321, 23. Num. 35, 2. ἥτις ἐστὶν ἱεροῦ καὶ βεβήλου τόπου μεθόρως, τρόπον τινὰ δεύτερον ἱερόν. cf. 575, 30. Gen. 14, 7. 577, 47. 48. Arm. 2, 205. Gen. 20, 1. καὶ ᾤκησεν Ἀβραὰμ ἀνὰ μέσον Κάδης καὶ ἀνὰ μέσον Σοὺρ καὶ παρῴκησεν ἐν Γεράροις. Cades explicatur sanctus et Sur murus. In istorum duorum termino regio est consilii diligentium Dei, in qua habitant armati munitique virtute tanquam, muro inaccesso et indestructo atque legibus sanctis nutriti ac laetificati (2, 30, 17) omni die apud patrem familias sapientiam, irrigui ex fontibus perennibus, quos unus in se capit locus, verbum divinum. Peregrinationis autem modo habitant in Geraris, quae est regio contemplationis diligentium Dei. βασίλειον ἱεράτευμα. 2, 9, 41. Ex. 19, 16. — τάξις. 445, 27. Deut. 7, 7. ψυχῆς εὖ διακεκοιμημένη ἧς ὁ ὀρθὸς λόγος ἀφηγεῖται. cf. Arm. 2, 494. 2, 434, 43. ἡ ἐν οὐρανῷ ἣν οὐ θέμις εἰπεῖν. — σύστημα 452, 17. ἡμῶν. 633, 44. Gen. 19, 23. τὸ γεῶδες ἡμῶν. — γερουσία. 396, 25. τῆς φρονήσεως. — στῖφος. 366, 14. τὸ ἡμῶν. — χορός 410, 12. ἱερώτατος. 411, 18. ὁ προφητικός. — τράπεζα 2, 245, 12. Lev. 12, 6. ἡ ἱερά. Arm. 2, 517. Ex. 25, 23. communionem quandam significat mensa eorum gratia, qui ex eodem sale et victima participarunt. — θυσιαστήριον Arm. 2, 531. 532. 534. Ex. 27, 4. 2, 255, 25. παρὰ τοῦ διατηρεῖν — τὰς θυσίας. Quod si tam magnifice de universitate sua senserunt Pharisaei, ut vel sacrosanctis eam condecorare nominibus non dubitarent, non mirum profecto videri potest, si de singulis eorum vitis parum constat; quippe singulorum merita

cesserunt „In Honorem Societatis," nomina ipsorum autem intercide-runt. Ita enim Iosephus vit. 53 de quatuor istis e medio Pharisaeorum insidiatori-bus *μακαρίζειν ἔλεγον οὕτως περὶ τὴν Γαλιλαίαν ἀναστραφέντα, συνήδεσθαί τε διὰ τιμῆς ἀγομένῳ· κόςμον γ. ἑαυτῶν εἶναι τὴν ἐμὴν δόξαν ἔφασαν, ὡς ἂν διδαςκάλων τ. ἐμοῦ γενομένων καὶ πολιτῶν.* de Wette *Vorlesgg. üb. d. Rel.* Berlin 1827. p. 301: *„Alle Besonderheit, alle persönliche Auszeichnung war dem Ganzen untergeordnet."*

Huc pertinebat etiam vel maxime iuramentum Pharisaeorum, consimile illud haud dubie iuramento Essaeorum B. I. 2, 8, 7. 8. Qui locus quum ampliorem, quam pro commentationis academicae angustiis disputationem requirat, in uno acquiescendum puto Iosephi testimonio c. Ap. 2, 27: *Κρύπτειν οὐδὲν ἐᾷ πρὸς φίλους· οὐ γ. εἶναι φιλίαν τὴν μὴ πάντα πιστεύουσαν. Καὶ ἐὰν συμβῇ δέ τις ἔχθρα, τούτων ἀπόῤῥητα λέγειν κεκώλυκε.*

Praeterea ad confirmandam sententiam nostram facit et agendi et patiendi communitas in rebus Pharisaeorum conspicua. Postulatus in convivio a Pharisaeis, ut Pontificatu se abdicaret, ab iisque rogatis, ut qua poenâ ipse dignus videretur exponerent, verberibus vel vinculis dignus iudicatus Ioannes Hyrcanus, rex idemque Pontifex M. Iudaeorum (135—107 a. C. n.) quum intellexisset, hoc de se iudicium communi omnium Pharisaeorum sententiâ ab Eleazaro pronuntiatum, non modo in castra Sadducaeorum transgressus est, sed etiam edicto publice proposito et poenae sanctione sacrato, traditionibus Pharisaeorum obsequium praestari vetuit Antt. 13, 10, 5. 6. Iannaeus Alexander, Io. Hyrcani in regno et Pontificatu successor (105—79 a. C. n.) palam olim in ipsâ templi areâ, dum in festis tabernaculorum diebus sacris operaretur malis citreis impetitus, tum exorto bello civili supplicio dignus iudicatus et in extremum vitae regnique discrimen adductus, octingentos Pharisaeorum in conspectu pellicum cum ipso in aedibus regiis epulantium in crucem tolli iussit. Antt. 13, 13, 5. 14, 2. B. I. 1, 4, 4, 6. Sub Alexandrae autem, viduae eius, auspiciis (78—69 a. C. n.) summâ rerum potiti Pharisaei restitutis in integrum ipsorum traditionibus, adeo saevierunt in factionem adversariorum, ut coortâ procerum populi seditione, Aristobulo duce tandem imperio exuerentur. Antt. 13, 16, 2. B. I. 1, 5, 2. Denique

Herodes M. tum propterea, quod instigatus a Pharisaeis Hyrcanus Pontifex M. Herodem adolescentem propter Ezekiae, praedonum ducis, indicta causa ab ipso occisi caedem in capitis periculum adduxisset, synedrii assessores, uno excepto, Sameâ, omnes e medio sustulit (Antt. 14, 9, 3. 4. B. I. 1, 10, 6—9), tum M. Antonii triumviri gratiâ adiutus accusatorum ipsius Pharisaeorum magnam Ephesi, Antiochiae, Tyri stragem edidit (Antt. 14, 12, 2. 13, 1. 2.), tum coniuratos adversus vitam regnumque ipsius cum Pherora fratre Pharisaeos supplicio affecit (Antt. 17, 2. 4.), tum Matthiam Rabbinum cum discipulis propter dereptam de porta templi aquilam auream vivos comburi iussit (Antt. 17, 6, 2—4. B. I. 1, 33, 2—4). Quam inter Pharisaeos consiliorum, studiorum, fatorum societatem quum improbabile sit fortuitam fuisse, rebus in facto positis evincitur, collegii ordinatim structi sodales fuisse.

Postremo mira doctrinae consensio atque constantia animorumque concordia animadvertenda est, quâ omnibus vinculis devinctos atque constrictos teneri Pharisaeos videmus. Et doctrinae quidem consensionem, quam per partes in praesens verbis exsequi nec vacat nec lubet, nihil quicquam luculentius ostendit, quam solemnes Philoni indices eius formulae. 411, 2. Gen. 42, 11. *τοὺς λέγοντας· πάντες ἐςμὲν υἱοὶ ἑνὸς ἀνθρώπου, εἰρηνικοί ἐςμεν τεθαύμακα τῆς εὐαρμόστου συμφωνίας.* 427, 9 it. 2, 417, 33. *ἀδελφοὶ ὁμοπάτριοι πάντες.* 413, 28. cf. 40. Num. 31, 49. *οὐ διαπεφώνηκεν αὐτῶν οὐδὲ εἷς ἀλλ᾽ ὥςπερ τὰ μουσικῆς ὄργανα ἄκρως ἡρμοςμένα πᾶσι τ. φθόγγοις, οὕτως ἡμεῖς πάσαις τ. ὑφηγήσεσι συνηχήσαμεν.* it. 375, 10. 595, 16. Arm. 2, 496. Exod. 24, 11. ib. 494. 2, 679, 21. cf. Strab. 15, 1. p. 291 fin. *Τοὺς Βραχμᾶνας εὐδοκιμεῖν, μᾶλλον γὰρ καὶ ὁμολογεῖν ἐν τ. δόγμασιν.* Firmitatis autem ac stabilitatis eius consensionis columina ac pignora fuerunt non tantum singulorum sodalium voluntas ac studium, ut qui tum nihil movent ex institutis maiorum sed patriam et avitam reipublicae formam diligenter conservare nituntur, (450, 13. Gen. 12, 2) tum forti animo acriter decertant contra omnes, quicunque foederi turbando et violandae fidei sacramento sancitae operam navant (411, 20. cll. 15); neque vero unus ac solus disciplinae rigor hanc vim habet (598, 47. Gen. 38, 25. 83, 7. Gen. 32, 10.), sed inprimis concordia animorum,

qui utilitatem suam nunquam a communi omnium salute seiungunt, alteram in alterâ crescere arbitrati. Illustria eius concordiae documenta posita sunt in exemplis Pharisaeorum caedem suorum non impune sinentium sed ultionem ab auctoribus caedis repetentium v. c. Antt. 13, 16, 2. cll. 14, 2 post mortem Iannaei Alexandri propter octingentorum Pharisaeorum stragem miseram et ib. 17, 9, 9. propter fumantia adhuc busta Rabbinorum cum discipulis Herodis iussu flammis extinctorum. Atqui consanguineos superstitum caesos illos fuisse, ita ut more orientalium suorum interfectoribus cognatos oporteret vindictam sumere (Antt. 16, 9, 1.), vix probabile videtur. Ergo saevitia Pharisaeorum caedem caede expiari postulantium aut nullam habet explicationem aut eius causa quaerenda est in cognatione studiorum et artium non minus illâ animorum conciliatrice quam cognatio generis ac sanguinis. Huius autem cognationis necessitudinem summi factam a Pharisaeis videmus. Ita enim Philo de ea verba fecit: 2, 438, 47: *τὸ συγγενὲς οὐχ αἵματι μετρεῖται μόνον, πρυτανευούσης ἀληθείας, ἀλλὰ πράξεων ὁμοιότητι καὶ θήρᾳ τῶν αὐτῶν.* Arm. 2, 494. Ex. 24, 8. Duplex est cognationis species: una hominum, qua originem habet a maioribus, altera animarum, cuius principium est sapientia 2, 6, 7. *οἰκία καὶ συγγένεια καὶ πατρὶς οὐδεμία ἐστὶν ἑτέρα σοφῷ ὅτι μὴ ἀρεταὶ κ. αἱ κατ' ἀρετὰς πράξεις.* 2, 320, 36. Ex. 32, 26. *φιλίαν καὶ συγγένειαν ἓν τὸ θεοφιλές.* it. 600, 33. 2, 659, 42. cf. Mtth. 12, 48—50. Et hinc illud, quod *φαρισαῖοι* praedicantur *φιλάλληλοί τε καὶ τὴν εἰς τὸ κοινὸν ὁμόνοιαν ἀσκοῦντες* B. I. 2. 8, 14, quae concordia, communitas, fraterna denique unanimitas ut efficeretur per universum populum legem datam esse censuerunt (2, 395, 14. cf. 2, 659, 42.). Quod si una mens Pharisaeorum, unus animus fuit (Arm. 2, 456), dubitari non potest, quin unius corporis compage inclusi et coagmentati fuerint. Tum vero non solum ipsarum rerum Pharisaicarum vivacitas, quomodo civitatis Iudaicae ruinâ superstes esse potuerit, intelligetur planius, sed etiam rerum Christianarum primordia et librorum N. T. testimonia et hierarchiae Romano-catholicae tum origines tum instituta multis modis illustrabuntur.

Sed haec hactenus praefatus ego Vos, Commilitones Carissimi, admonitos rogatosque cupio, ut solemnibus, quae instant, Pentecostalibus gratias Deo O. M. eidemque Patri Iesu Christi agere velitis quam maximas, qui per Christum

et Apostolos in locum theocratiae Mosaicae et hierarchiae Pharisaicae [illegible] Christianam suffecerit, eiusque salutari verorumque bonorum abundantia [illegible] consortio non paucos tantum ingenii dotibus atque eruditionis ornamentis illustres, sed simplicissimum et cordatissimum quemque de populo atque universas orbis terrarum nationes mactari voluerit. Cuius summi beneficii memores implorate Deum precibus ardentissimis, ut Spiritus Sancti numine praesentissimo corpus ecclesiae inter has tempestatum procellas fortunare atque ita dirigere velit, ut evitatis feliciter scopulis omnibus, qui hinc caecam et tenebricosam atque ab humanitatis sensu abhorrentem superstitionem minitantur, illinc infinitam humani pariter atque divini iuris contemtricem licentiam, quae nugandi garriendique futilia ac frivola impunitatem ad fucum faciendum sibi arrogat, verae per eam pietatis, fortitudinis, moderationis, communitatis ac magnanimitatis semina non modo eliciantur in animis omnium sed etiam ad segetes laetissimas fructusque uberrimos adolescant! Ita valete! Scribebam in Universitate literarum Lipsiensi Dominica Exaudi ipsis Calendis Iunii MDCCCLI.
